Jatoszynska Poniatowski quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren(sibus)
Capitan(ealibus) Premislien(sibus) Generosa Magdalena Generosi olim Jo
annis Poniatowski, cum Generosa Zophia Grocholska pro
918 creata filia, Generosi vero Stanislai Jatoszynski Conjux
Legitima, cum eiusque suprascripti Generosi Mariti sui authori
tate et assistentia, sana mente et corpore existens, a Terres
tribus [illegible] Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo, fori vero Castren(sis) Capitan(ealis)
Premislien(sis) Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se
cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosa
Ignatium Ciolek Poniatowski, Generosi olim Adami Ponia
towski filium, suum vero Recognoscentis fratrem patruelem
et ipsius successores de summa Mille florenorum polonicalium per
eundem olim Generosum Adamum Poniatowski sibi Recogno
scenti testamentaliter, seu alio quovis modo ad solvendum
assecuratam, ob sufficientem et plenariam satisfactionem per
solutionemque summae praefatae, quietat, emittet, dimittet,
liberamque et absolutum perpetue pronunciat, testa
mentum hoc idem, quo ad praefatam summam Mille
florenorum polonicalium spectat, cassat, mortificat ac annihilat,
sibi suisque [illegible] [illegible] perpetuum imponendo silentium.

Feria Quinta post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima

Anno